



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

Qvisnam Sit Istorvm Cantvvm Scopus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**

*QVIS NAM SIT ISTORVM CANTVVM  
Scopus.*

**A**ntequam Cantuum istorum explanatio-  
nem aggrediamur, animaduertendum est  
hoc loco, eos ab anima, quæ perfectionis  
statū, qui est vniō amoris cum D̄eo, iam est  
adepta proferri, exhaustis exantlatisque iam ingenti-  
bus laboribus ac angustijs medio spirituali angustæ viæ  
eternæ vitæ (de qua in Euangelio Saluator noster lo- Mat. 7.14  
quitur) exercitio, per quam ordinariè transit anima ad  
sublimem hanc Diuinamque cum D̄eo vniōnem per-  
uentura. Quæ via quoniam adeò arcta est, adeoque  
pauci (ipso Domino attestante) per eam intrant; sum-  
mæ anima felicitati adscribit ac fortunę, se per illam ad  
dictam amoris perfectionem peruenisse, quemadmo-  
dum etiam ipsamet sortē hanc suam primo Cantu ce-  
lebrat, arctam hanc viam, admodum appositè Obscu-  
rā Noctem appellando, quemadmodum sequentibus  
dicti Cantus versibus palam fit: *Cantat itaque anima*  
*lætabunda de tam angusti tramitis, vnde tot in*  
*eam redundarunt bona, transitu, in*  
*hunc modum.*

Bb

LIBER

B.  
annis  
Cruce

Opera  
ystica  
NVT  
124